



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De quarto pr[æ]cepto Ecclesiæ, quid Eucharistia, c. 12. 13. & 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

poralis relaxatio: inimici infernali  
lis debilitatio, & confusio: animæ  
corroboratio, & meritorum mul-  
tiplicatio. Cæterum præceptum  
hoc confessionis obligat tantum  
ad confessionem mortalium, quæ  
uis salubre etiam sit venialia cōfi-  
teri: facienda verò est cōfessio, pro  
prio sacerdoti, hoc est Episcopo,  
parocho aut habenti à superiori  
facultatem.

*De Quarto Præcepto Ecclesiastico  
Quid Eucharistia. Cap. 12.  
13. & 14.*

**E**ucharistia est species sensibili-  
lis panis & vini, significantes  
Christi corpus & sanguinem  
ac realiter utrumq; cōtinētes; quo  
additur quia species illæ non mo-  
do significat, sed corpus & sanguine  
nem verè ac realiter continet  
verbis namque consecrationis pro-  
latis, statim panis vinique substi-

tias

tia in corpus, & Christi sanguinē conuertuntur, & accidentia panis & vini per se subsistunt: & quamuis ex vi consecrationis & significationis verborum, sub altera tantum Christi corpus, sub altera vero sanguis duntaxat contineatur, concomitanter tamen sub qualibet totus continetur Christus. Institutum fuit hoc Sacramentum, ut esset perenne passionis Christi memoriale, ut esset in signum amoris erga nos feruentissimi. ut esset animæ nostræ cibus spiritu-alis & religionis Christianæ saluberrimum sacrificium. Innumerabiles parturit fructus, etenim vitam per gratiam largitur, animam nutrit, confortat, conseruat in gratia, satiat. lœtificat, mortificat passiones, hominum animos unxit cum deo, & inter se, inflammat, & ad vitam dicit æternam.